

*Nolae* (X 1273 vidit Mommsen). — 1) *Colonia ab Augusto Nola deducta, veteres Nolanos in civitate remansisse, sed loco inferiore et iure honorum carentes ex hoc titulo collegit Mommsenus C. I. L. X p. 142.* — 2) *Numerus non omnino certus.*

**6345** [N.] Cluvius M. f.<sup>1</sup> | IIIvir | [C]audi, IIvir | Nolae, IIIvir | quinquennal. | [Capu]a[e], de suo faciund. | coeravit, idem restituit, | Iovi o. m. sacr.

*Puteolis* (I 1236. X 1572 ter descripta saec. XVI). — 1) *Eiusdem viri est titulus item Puteolis rep. X 1573 (cf. p. 974), unde et praenomen eius et Capuae vocabulum suppletum.*

**6346** T. Vedius T. f., | T. Vitorius Cn. f. | IIviri | libripendes<sup>1</sup> | ex d. d. p. p.

*Nolae* (X 1277 ad exemplum Sirmondi). — 1) *Duoviri libripendes sunt opinori ipsi aediles (Momms. C. I. L. X p. 142).*

**6347** Augusto | sacrum, | restituerunt | Laurinienses | pecunia sua, | cultores | d. d. (*In latere victimarius cum vacca, in altero latere et in postica instrumenta sacrificii.*)

*Nolae olim, est Neapoli* (X 1238 vidit Mommsen).

**6348** (*ante pedes statuae*) Clementiani. | (*In fronte basis*) Pollio Iulio | Clementiano v. p., | patrono inimitabili | largissimo, cuius facta | enarari (*sic*) non possunt: | eius meritis regio Iovia | statuam censuit.

**6349** (*ante pedes statuae*) Pollio Iulio Clementiano | (*in fronte basis*) subventori civium | necessitatis aurariae<sup>1</sup>, | defensori libertatis, | redonatori viae populi, | omnium munerum recreatori, | universa regio Romana | patrono praestantissimo | statuam collocavit. | Curante Cl. Plotiano<sup>2</sup>.

*Nolae* (X 1255. 1256 vidit Mommsen). *Tertia similis inscriptio fuit Nolae X 1257, cuius pars tantum legi potuit.* — 1) *Intellegitur chrysgyrum (functio auraria, cod. Theod. 13, 4, 13). Cf. Marquardt Staatsverw. II ed. 2 p. 237.* — 2) *Hunc versum habet solus Sirmondus.*

**6350<sup>a</sup>** . . . . .<sup>1</sup> | pagus | Agrifanus.

**6350<sup>b</sup>** . . . . .<sup>2</sup> | pagus | Capriculanus.

**6350<sup>c</sup>** . . . . .<sup>1</sup> | pagus | Lanita.

**6350<sup>d</sup>** . . . . .<sup>1</sup> | pagus | Myttianus.

*Nolae* (X 1278—1280 primam et tertiam vidit Mommsen; quartam addidit Patroni *Notizie degli scavi* 1900 p. 101). — 1) *Scriptura erasa.* — 2) *Hic quoque scriptura erasa fuit, quamquam id non traditur.*

**6351** L. Sattio L. l. Phileroti magistro | Mercuriali et Augustalei<sup>1</sup> | Nolae, et Daeriae D. l. Rufae uxori | et L. Sattio L. l. Ampliato, | ex testamento L. Satti L. l. Philerotis.

*Nolae* (X 1272 vidit Mommsen). — 1) *Titulus videtur scriptus vivo Augusto (Momms.).*

*Titulos Nolanos habes etiam N. 5392. 6017<sup>a</sup>. 6124.*